

# De iustitia & iure

## IUSTINIANI AUGUSTI DIGESTA SEU PANDECTAE

TESTO E TRADUZIONE

V. 2

33-36

direzione di

SANDRO SCHIPANI

a cura di

ALDO PETRUCCI e ANTONIO SACCOCCIO



G. Giappichelli Editore

## LIBER TRIGESIMUS TERTIUS

### I

#### DE ANNUIS ET MENSTRUIS <sup>1</sup> LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS

1. *POMPONIUS libro quinto ad Sabinum.* Cum in annos singulos quid legatum sit neque adscriptum, quo loco detur: quocumque loco petetur dari debet, sicut si <sup>2</sup> ex stipulatu aut nomine facto petatur.

2. *IDEM libro sexto ad Sabinum.* In annos singulos heres damnatus sinere me frui fundo si initio anni, quo colere deberem, moram fecerit, licet postea patiat, quia cultura sim exclusus, tamen totius anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum si diurnas operas Stichus dare damnatus non a mane sed a sexta diei hora det, totius diei nomine tenetur.

3. *ULPIANUS libro vicesimo quarto ad Sabinum.* Si legatum sit relictum annua bima trima die, triginta forte, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum 'aequis pensionibus'. 1. Proinde et si adiectum fuerit 'pensionibus', licet non sit insertum 'aequis', item si scriptum fuerit 'aequis', licet non sit adiectum 'pensionibus', dicendum erit aequas fieri. 2. Sed si adiectum 'pensionibus inaequis', inaequales debebuntur: quae ergo debeantur, videamus. et puto eas deberi (nisi specialiter testator electionem heredi dedit), quas vir bonus fuerit arbitratus, ut pro facultibus defuncti et positione <sup>3</sup> patrimonii de-

## LIBRO TRENTATREESIMO

### I

#### SUI LEGATI E FEDECOMMESSI DA PRESTARSI ANNUALMENTE O MENSILMENTE

1. *POMPONIO, nel libro quinto A Sabino.* Quando sia stato legato qualcosa per singole annualità e non sia stato scritto <nel testamento> in quale luogo ciò debba essere dato, deve essere dato in qualunque luogo sia richiesto giudizialmente, come se sia richiesto in base a stipulazione o a un credito concluso <con una scrittura o un versamento di denaro>.

2. *Lo stesso <POMPONIO>, nel libro sesto A Sabino.* L'erede obbligato per singole annualità a consentirmi di fruire di un fondo, se sia stato in mora all'inizio dell'anno del periodo in cui io avrei dovuto coltivarlo, benché in seguito tolleri <che io lo coltivi>, tuttavia, per il fatto che io sono stato escluso dalla coltivazione, sarà tenuto nei miei confronti per l'intero anno; allo stesso modo, se, essendo obbligato a dare l'attività lavorativa della giornata del <servo> Stico, l'erede la dia non dalla mattina, ma dall'ora sesta del giorno <cioè, da mezzogiorno>, è tenuto per il giorno intero.

3. *ULPIANO, nel libro ventiquattresimo A Sabino.* Se sia lasciato un legato, ad esempio di trenta, con scadenza nel primo, nel secondo e nel terzo anno, sono dovuti dieci per ciascun anno, benché non sia stato aggiunto «in rate uguali». 1. Di conseguenza, anche se sia stato aggiunto «in rate», benché non sia stato inserito «uguali», e, parimenti, se sia stato scritto «uguali», benché non sia stato aggiunto «in rate», si dovrà dire che le rate siano fatte uguali. 2. Ma se sia stato aggiunto «in rate diseguali», saranno dovute diseguali. Vediamo dunque quali rate siano dovute. E reputo che siano dovute (a meno che il testatore non diede specificamente la scelta all'erede) quelle che un uomo onesto avrebbe valutato che siano dovute in base alle facultà <economiche> del defunto e alla condizione del

<sup>1</sup> <et menstruis>, vd. Mo.-Kr., n. 14.

<sup>2</sup> 'sicuti', vd. Mo.-Kr., n. 15.

<sup>3</sup> 'depositione', vd. Mo.-Kr., n. 17.

beantur. 3. Sed et si fuerit adiectum 'viri boni arbitrato', hoc sequemur, ut pro positione patrimonii sine vexatione et incommodo heredis fiant<sup>4</sup>. 4. Quid si ita 'pensionibus, quas putaverit legatarius'? an totum petere possit, videamus. et puto totum non petendum simul, sicut et in heredis electione. fieri enim pensiones debere testator voluit, quantitates dumtaxat pensionum in arbitrio heredis aut legatarii contulit. 5. Sed si ita sit legatum 'heres meus Titio decem trima die dato', utrum pensionibus an vero post triennium debeatur? et puto sic accipiendum, quasi pater familias de annua bima trima die sensisse proponatur. 6. Si cui certa quantitas legetur et, quoad praestetur, in singulos annos certum aliquid velut usuras iusserit testator praestari, legatum valet: sed in usuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem usurarum non excedit.

4. *PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum*. Si in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus, cuius sententia vera est, plura legata esse ait et primi anni purum, sequentium condicionali: videri enim hanc inesse condicionem 'si vivat' et ideo mortuo eo ad heredem legatum non transire.

5. *MODESTINUS libro decimo responsorum*. 'A vobis quoque, ceteri heredes, peto, ut uxori meae praestetis, quoad viveret, annuos decem aureos'. uxor supervixit marito quinquennio et quattuor mensibus: quaero, an heredibus eius sexti anni legatum integrum debeatur. Modestinus respondit integri sexti anni legatum deberi.

6. *IDEM libro undecimo responsorum*. Annuam pecuniam ad ludos civitati reliquit, quibus praesidere heredes voluit: successores heredum negant se debere, quasi testator

patrimonio. 3. E anche se sia stato aggiunto «in base alla valutazione di un uomo onesto», ci atterremo a che le rate si facciano in base alla condizione del patrimonio, senza vessazione e incomodo dell'erede. 4. Cosa avviene se <sia stato scritto> così: «nelle rate, che avrà reputato il legatario»? Vediamo se possa richiedere l'intero. E reputo che non possa essere richiesto tutto in una volta, così come anche quando la scelta sia dell'erede. Il testatore, infatti, ha voluto che fossero dovute delle rate ed ha attribuito alla valutazione dell'erede o del legatario soltanto gli importi delle rate <stesse>. 5. Ma, se sia lasciato in legato così: «Il mio erede dia a Tizio dieci nel termine di tre anni», forse che sarebbe dovuto in rate, o invece <per intero> dopo il triennio? E reputo che debba essere compreso come se sia prospettato <nel quesito> avere il padre di famiglia inteso con il termine per il primo anno, per il secondo, per il terzo. 6. Se sia legata a qualcuno una quantità determinata e il testatore abbia disposto che, finché non fosse <interamente> pagata, fosse pagato come interessi per ciascun anno un importo determinato, il legato è valido; ma, in merito agli interessi, deve valere fintantoché non ecceda la misura autorizzata degli interessi <stessi>.

4. *PAOLO, nel libro sessantaduesimo All'editto*. Se si sia legato a qualcuno <qualcosa> per ciascun anno, Sabino, il cui parere è conforme a verità, afferma che vi sia una pluralità di legati e che sia puro quello del primo anno, sottoposti a condizione quelli degli anni seguenti; si considera, infatti, che sia implicita questa condizione: «se viva», e perciò, quando sia morto il legatario, il legato non si trasmette all'erede.

5. *MODESTINO, nel libro decimo Dei responsi*. «Anche a voi, <miei> altri eredi, chiedo che diate a mia moglie, finché viva, dieci aurei annui». La moglie sopravvisse al marito per cinque anni e quattro mesi; pongo il quesito, se agli eredi di lei sia dovuto per intero il legato del sesto anno. Modestino ha dato il responso che è dovuto il legato dell'intero sesto anno.

6. *Lo stesso <MODESTINO>, nel libro undicesimo Dei responsi*. <Un tale> lasciò alla città <una somma> annua di denaro per ogni anno per <organizzare dei> giochi, ai quali volle che presiedessero gli eredi; i successori degli eredi negano di dovere <il denaro per i

<sup>4</sup> 'fiat', vd. Mo.-Kr., n. 18.

tamdiu praestari voluisset, quamdiu praesiderent heredes: quaero igitur, an, cum praesidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommissum an perpetuo praestari voluerit. Modestinus respondit fideicommissum quottannis in perpetuum rei publicae praestandum esse.

7. *POMPONIUS libro octavo ad Quintum Mucium.* Quintus Mucius ait: si quis in testamento ita scripsit: 'filii filiaeque meae ibi sunt, ubi eos mater sua esse volet, eisque heres meus in annos singulos inque pueros puellasque singulas damnas esto dare cibarii nomine aureos decem': si tutores eam pecuniam dare nolunt ei, apud quem pueri atque puellae sunt, nihil est, quod ex testamento agere possit: nam ea res eo pertinet, uti tutores sciant, quae voluntas testatoris fuit, uti possint eam pecuniam sine periculo dare. *POMPONIUS.* In testamentis quaedam scribuntur, quae ad auctoritatem dumtaxat scribentis referuntur nec obligationem pariunt. haec autem talia sunt. si te heredem solum institutam et scribam, uti monumentum mihi certa pecunia facias: nullam enim obligationem ea scriptura recipit, sed ad auctoritatem meam conservandam poteris, si velis, facere. aliter atque si coerede tibi dato idem scripsero: nam sive te solum damnvero, uti monumentum facias, coheres tuus agere tecum poterit familiae herciscundae, uti facias, quoniam interest illius: quin etiam si utrique iussi estis hoc facere, invicem actionem habebitis. ad auctoritatem scribentis hoc quoque pertinet, cum quis iussit in municipio imagines poni: nam si non honoris municipii gratia id fecisset, sed sua, actio eo nomine nulli competit. itaque haec Quinti Mucii scriptura: 'liberi mei ibi sunt, ubi eos mater sua esse volet' nullam obligationem parit, sed ad auctoritatem defuncti conservandam id pertinebit, ut ubi iusserit ibi sint. nec tamen semper voluntas eius aut iussum conservari debet, veluti si praetor doctus sit non expedire pupillum eo morari, ubi pater iusserit, propter vitium, quod pater forte ignoravit

giochi>, come se il testatore avesse voluto che fosse dato fino a quando li avessero presieduti gli eredi; pongo dunque il quesito se, avendo fatto menzione della presidenza <dei giochi>, <il testatore> abbia voluto che il fedecommissio fosse prestato a termine o in perpetuo. Modestino ha dato il responso che il fedecommissio deve essere prestato alla comunità cittadina ogni anno in perpetuo.

7. *POMPONIO, nel libro ottavo A Quinto Mucio.* Quinto Mucio afferma: se qualcuno ha scritto così nel testamento: «I miei figli e le mie figlie siano lì, dove la loro madre vorrà che essi siano ed a loro, per ciascun fanciullo e fanciulla, il mio erede sia obbligato a dare a titolo di alimenti dieci aurei per ciascun anno»; se i tutori non vorranno dare tale denaro a colui, presso il quale sono i fanciulli e le fanciulle, non v'è nulla per cui questi possa agire in base al testamento: infatti, tale <disposizione iniziale> attiene al fatto che i tutori sappiano quale fu la volontà del testatore, così da poter dare tale denaro senza rischio e pericolo. *POMPONIO.* Nei testamenti vengono scritte alcune cose, che sono basate sulla sola autorevolezza dello scrivente e non generano obbligazioni. Tali sono, ad esempio, queste: se io istituisca te erede unico e scriva che tu con un certo importo mi faccia un monumento; tale disposizione scritta, infatti, non comporta alcuna obbligazione, ma, per rispettare la mia autorevolezza, potrai farlo, se tu lo voglia. Diversamente sarà, se avrò scritto la medesima cosa avendoti dato un coerede: infatti, anche se avrò obbligato solo te a farmi un monumento, il tuo coerede potrà agire contro di te con l'azione di divisione dell'eredità affinché tu lo faccia, poiché ha interesse <a che tu lo faccia>; ed anzi, se sia ordinato ad entrambi di fare ciò, avrete reciprocamente l'azione. Rientra nell'ambito dell'autorevolezza dello scrivente anche la circostanza in cui qualcuno ha ordinato che nel municipio siano collocate delle effigi: infatti, se non lo avesse fatto per l'onore del municipio, ma per il proprio, a nessuno compete un'azione a tale titolo. E così queste parole scritte <riferite> da Quinto Mucio: «I miei figli siano lì, dove la loro madre vorrà che essi siano», non generano alcuna obbligazione, ma atterrà al rispetto dell'autorevolezza del defunto che essi siano là dove egli abbia ordinato. E tuttavia non sempre deve essere rispettata la sua volontà o il suo ordine, come quando il pretore sia stato informato che non conviene che il pupillo dimori lì, dove il padre abbia ordinato, per via di un vizio che magari il padre ignorò vi fosse

in eis personis esse, apud quas morari iussit. si autem pro cibariis eorum in annos singulos aurei decem relictis sint, sive hoc sermone significantur, apud quos morari mater pupillos voluerit, sive ita acceperimus hunc sermonem, ut ipsis filiis id legatum debeatur, utile erit: et magis enim est, ut providentia filiorum suorum hoc fecisse videatur. et in omnibus, ubi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda neque omnimodo observanda est. sed interventu iudicis haec omnia debent, si non ad turpem causam feruntur, ad effectum perduci.

**8. GAIUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam.** In singulos annos relictum legatum simile est usui fructui, cum morte finiatur. sane capitis deminutione non finitur, cum usus fructus finiatur: etsi<sup>5</sup> et usus fructus ita legari potest: 'Titio usum fructum fundi lego et quotiensque capite minutus erit, eundem usum fructum ei do'. illud certe amplius est in hoc legato, quod in ingressu cuiuslibet anni si decesserit legatarius, eius anni legatum heredi suo relinquit: quod in usu fructu non ita est, cum fructuarius, etiamsi maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, heredi suo eos fructus non relinquit.

**9. PAPINIANUS libro septimo responsorum.** Fundus, quem pater familias libertis legatorum nomine, quae in annos singulos relinquit, pignus esse voluit, ex causa fideicommissi rei servandae gratia recte petetur. *Paulus notat:* hoc admittendum est et in aliis rebus hereditariis, ut et in eas legatarius mittatur.

**10. IDEM libro octavo responsorum.** 'Seio amico fidelissimo, si voluerit, sicut meis negotiis interveniebat, eodem modo filiorum meorum intervenire, annuos senos aureos et habitationem qua utitur praestari volo'. non ideo minus annua Seio pro parte

in quelle persone presso le quali ordinò che dimorasse. Se poi siano stati lasciati dieci aurei per ciascun anno per gli alimenti dei figli, sia che con tale frase si intenda <che questi siano versati> a coloro presso i quali la madre abbia voluto che i pupilli dimorino, sia che abbiamo interpretato tale frase nel senso che tale legato sia dovuto ai figli stessi, esso sarà utile ed efficace; ed infatti, è preferibile che sia considerato nel senso che <il testatore> abbia fatto ciò in considerazione dei propri figli. E <in conclusione>, tutte quelle disposizioni, nelle quali rileva la sola autorevolezza del testatore, né essa dev'essere a tutti i costi disprezzata, né a tutti i costi osservata; ma, se non sono diretti ad una turpe causa, per intervento del giudice devono essere tutti realizzati.

**8. GAIUS, nel libro quinto Alla legge Giulia e Papia.** Un legato lasciato per singole annualità è simile all'usufrutto, estinguendosi con la morte. Certamente non si estingue con il mutamento dello status giuridico <del legatario>, mentre l'usufrutto si estinguerebbe; anche se l'usufrutto può anche essere legato così: «A Tizio lego l'usufrutto del fondo e ogni qual volta egli subirà un mutamento dello status giuridico, a lui dò lo stesso usufrutto». Di certo, in quel legato che <prevede singole annualità> vi è di più che con l'inizio di ciascun anno, se il legatario decessesse, egli lascerebbe il legato di quell'anno al proprio erede; il che non è così nell'usufrutto, poiché se l'usufruttuario sia morto quando i frutti siano maturi, ma non ancora raccolti, non lascerà tali frutti al suo erede.

**9. PAPINIANO, nel libro settimo Dei responsi.** Il fondo, che un padre di famiglia ha voluto che fosse costituito come pegno in favore dei liberti, per l'adempimento dei legati che per ciascun anno ha lasciato loro, sarà correttamente chiesto in giudizio in base al fedecommissio per garantire quanto in esso disposto. *PAOLO* annota: ciò dev'essere ammesso anche per le altre cose ereditarie, affinché il legatario sia immesso <nel possesso> anche di esse.

**10. Lo stesso <PAPINIANO>, nel libro ottavo Dei responsi.** «Al fedelissimo amico Seio, se avrà voluto, così come interveniva nei miei affari, intervenire allo stesso modo in quelli dei miei figli, voglio che siano dati sei aurei l'anno e l'abitazione di cui fa uso». Poiché, dei tre figli <della testatrice> Tizia istituiti eredi,

<sup>5</sup> et', vd. Mo.-Kr., n. 6.

hereditaria viventis filiae deberi placuit, quod ex tribus filiis Titiae duo aliis hereditatis institutis vita decesserunt, cum tam labor quam pecunia divisionem reciperent. 1. 'Medico Sempronio quae viva praestabam, dari volo': ea videntur relicta, quae certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. 2. 'Uxori praeter id, quod a me vivo annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo': annuum videtur et semel centum aureos reliquisse. 3. 'Libertis dari volo quae viva praestabam': et habitatio praestabitur: sumptus iumentorum non debetur, quem actori domina praestare solita fuit utilitatis suae causa: ideo nec sumptum medicamentorum medicus libertus recte petet, quem ut patronam eiusque familiam curaret, acceptabat.

**11. PAULUS libro vicesimo primo quaestionum.** Cum in annos singulos legatur, plura legata esse placet et per singula legata ius capiendi inspicietur. idem in servo inspiciendum est ex persona domino- rum.

**12. IDEM libro tertio decimo responsorum.** Gaius Seius praedia diversis pagis Maeviae et Seiae legavit et ita cavuit: 'praestari autem volo ex praediis Potitianis praediis Lutatianis annua harundinis milia trece- na et salicis mundaie annua librarum singula milia': quaero, an id legatum defuncta lega- taria extinctum sit. Paulus respondit servi- tute iure constitutam non videri neque in personam neque in rem: sed fideicommissi petitionem competisse ei, cui praedia Luta- tiana legata sunt, et ideo, cum annua legata fuerint, mortua legataria finitum legatum videri.

**13. SCAEVOLA libro quarto responsorum,** Maevia nepotem ex Maevio puberem here- dem instituit et Lucio Titio ita legavit: 'Lu- cio Titio viro bono, cuius obsequio gratias ago, dari volo annuos quamdiu vivat aureos decem, si rebus nepotis mei interveniat omnemque administrationem rerum nepotis

gli altri due morirono, parve bene che, non di meno, fossero dovute a Seio le annualità in rapporto alla quota ereditaria della figlia ancora in vita, dal momento che tanto l'attività lavorativa quanto il denaro sono divisibili. 1. «Voglio che sia dato al medico Sempronio ciò che da viva gli davvo»: si considerano lasciate quelle cose che abbiano avuto una certa forma di erogazione annua, non <quelle che abbiano avuto> un'oc- casionale volontà di liberalità. 2. «A <mia> moglie, oltre a ciò che da me vivo riceveva a titolo di annualità, voglio siano dati cento aurei»: si considera che le avesse lasciato le annualità e per una <sola> volta i cento aurei. 3. «Voglio che sia dato ai liberti ciò che davvo loro da viva»: anche l'abitazione sarà loro data, <ma> non saranno dovute le spese dei giumenti che la padrona, per la propria utilità, è stata solita dare al <suo> servo agente; così il medico libertino non richiederà correttamente le spese dei medicamenti che riceveva per curare la patrona e la sua famiglia.

**11. PAOLO, nel libro ventunesimo Delle questioni.** Quando sia legato <qualcosa> per ciascun anno, pare bene che i legati siano plurimi e si esaminerà per cia- scun legato il diritto di percepirlo. Lo stesso esame <relativo al diritto di percepire il legato> bisogna compiere con riferimento alla persona dei padroni, per il servo <se il legato è fatto a un servo>.

**12. Lo stesso <PAOLO>, nel libro tredicesimo Dei responsi.** Gaio Seio ha legato a Mevia e a Seia dei fondi in diversi villaggi e così ha disposto: «e voglio che dai fondi Potiziani siano date ai fondi Lutaziani milletrecento canne l'anno e un migliaio di libbre di salice ripulito l'anno». Pongo il quesito, se tale legato si sia estinto, una volta morta la legataria. Paolo ha dato il responso che non si considera costituita secondo diritto una servitù né a vantaggio di una persona né su una cosa, ma che la richiesta giudiziale del fedecom- messo competeva a colei alla quale sono stati legati i fondi Lutaziani, e così, essendo stati disposti legati annuali, una volta morta la legataria, il legato si considera estinto.

**13. SCAEVOLA, nel libro quarto Dei responsi.** Mevia ha istituito erede il nipote, pubere, da parte di Maevio e ha legato così a Lucio Tizio: «Voglio che a Lucio Tizio, uomo onesto, del cui ossequio sono grata, siano dati annualmente dieci aurei finché viva, se intervenga negli affari di mio nipote e se abbia avvocato alla sua premurosa attenzione l'intera amministrazione degli affari di mio nipote». Pongo il quesito, se il fedecom-

mei ad sollicitudinem suam revocaverit'. quaero, cum Lucius Titius aliquo tempore Maevii negotia gesserit et per eum non stet, quo minus gerat, Publius autem Maevius nollet eum administrare, an fideicommissum praestari debeat. respondi, si non propter fraudem aliamve quam iustam causam improbandae operae causa remotus esset a negotiis, quae administrare secundum defuncti voluntatem vellet, percepturum legatum. 1. Uxore herede scripta ita cavuit: 'libertis meis omnibus alimentorum nomine singulis annuos denarios duodecim ab herede dari volo, si ab uxore mea non recesserint'. quaero, cum pater familias sua voluntate de civitate difficile profectus sit, ea autem adsidue proficiscatur, an liberti cum ea proficisci debeant. respondi non posse absolute responderi, cum multa oriri possint, quae pro re ex aequo et bono<sup>6</sup> sint aestimanda: ideoque huiusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est. item quaeritur, cum proficiscens eis nihil amplius optulerit ac per hoc eam secuti non sint, an legatum debeatur. respondi et hoc ex longinquis brevibusque excursionibus et modo legati aestimandum esse.

**14.** *ULPIANUS libro secundo fideicommissorum.* Si cui annum fuerit relictum sine adiectione summae, nihil videri huic adscriptum Mela ait: sed est verior Nervae sententia, quod testator praestare solitus fuerat, id videri relictum: si minus, ex dignitate personae statui oportebit.

**15.** *VALENS libro septimo fideicommissorum.* Iavolenus eum, qui rogatus post decem annos restituere pecuniam ante diem restituerat, respondi, si propter capientis personam, quod rem familiarem tueri non posset, in diem fideicommissum relictum probetur et perdituro ei id heres ante diem restituisset, nullo modo liberatum esse: quod si tempus

messo debba essere dato, avendo Lucio Tizio per un certo tempo gestito gli affari di Mevio e non dipendendo da lui di non gestirli più, ma dal fatto che Publio Mevio non volesse che egli li amministrasse. Ho dato il responso che <Lucio Tizio>, se non a causa di frode o per qualche altra giusta causa di riprovazione della <sua> opera sia stato rimosso dalla <gestione degli> affari che avrebbe voluto amministrare secondo la volontà della defunta, potrà percepire il legato. 1. <Un tale>, avendo designato per iscritto la moglie come erede <nel testamento>, ha così disposto: «Voglio che a tutti i miei liberti, se non saranno andati via da mia moglie, siano dati dalla <stessa nella sua qualità di> erede a titolo di alimenti dodici denari all'anno a ciascuno». Pongo il quesito se, mentre il padre di famiglia era andato via raramente per sua volontà dalla città ed essendo invece la moglie continuamente in viaggio, i liberti debbano partire con lei. Ho dato il responso che non si può rispondere in assoluto, potendo sorgere molti motivi, che, in rapporto alle circostanze, devono essere considerati secondo ciò che è buono ed equo; e perciò una <controversia> così variegata si deve dirimere secondo la valutazione di un uomo onesto. Parimenti, si pone il quesito se, partendo ella senza offrire loro alcuna alternativa e non avendola essi per questo seguita, il legato sia dovuto. <Il giurista> ha dato il responso che anche ciò dev'essere valutato in base alla lunghezza e alla brevità degli spostamenti e all'entità del legato.

**14.** *ULPIANO, nel libro secondo Dei fedecommissi.* Se a qualcuno sia stata lasciata una pensione annua senza l'aggiunta della somma, Mela afferma che a lui non si considera assegnato nulla; ma è più vero il parere di Nerva, che si considera lasciato ciò che il testatore era stato solito dare; altrimenti, occorrerà che l'importo sia stabilito secondo la dignità della persona.

**15.** *VALENTE, nel libro settimo Dei fedecommissi.* Iavoleno ha dato il responso che non è in alcun modo liberato colui che, essendo stato richiesto <con fedecommissio> di dare una certa somma dopo dieci anni, aveva dato il denaro prima del termine, se sia provato che il fedecommissio sia stato lasciato con un termine in considerazione della persona del beneficiario, perché <quest'ultimo> non poteva prendersi cura del patrimonio familiare, e che lo avrebbe perduto se <l'erede> glielo avesse dato prima del termine. Se in-

<sup>6</sup>pro bono', vd. Mo.-Kr., n. 8.

heredis causa prorogatum esset, ut commodum medii temporis ipse sentiret, liberatum eum intellegi: nam et plus eum praestitisse quam debuisset.

**16. PAULUS libro tertio ad Neratium.** Servus post decem annos liber esse iussus est legatumque ei ex die mortis domini in annos singulos relictum est. eorum quidem annorum, quibus iam liber erit, legatum debetur: interim autem heres ei alimenta praestare compellitur.

**17. LABEO libro secundo posteriorum a Iavoleno epitomatorum.** Legatum ita est: 'Attiae, donec nubat, quinquaginta damnas esto heres meus dare' neque adscriptum est 'in annos singulos'. Labeo Trebatius praesens legatum deberi putant<sup>7</sup>, sed rectius dicitur id legatum in annos singulos deberi. 1. 'Vini Falerni, quod domi nasceretur, quotannis in annos singulos binos culeos heres meus Attio dato'. etiam pro eo anno, quo nihil vini natum est, deberi duos culeos, si modo ex vindemia ceterorum annorum dari possit.

**18. SCAEVOLA libro quarto decimo digestorum.** Codicillis testamento confirmatis fundum libertis legavit eumque alienari vetuit, sed pertinere voluit et ad filios libertorum vel ex his natos: deinde haec verba adiecit: 'a quibus praestari volo heredi ex reditu eius fundi decem per annos singulos usque ad annos triginta quinque a die mortis meae'. quaesitum est, cum heres a Titio institutus intra trigesimum quintum annum aetatis decesserit, an residui temporis fideicommissum ex verbis supra scriptis heredis quoque heredi debeatur. respondit deberi, nisi ostendatur a libertis testatorem ad heredis trigesimum quintum annum respexisse. 1. Sticho alumno suo centum et menstros decem et annuos centum dari voluit et Semproniam, quam heredem ex triente instituerat, rogavit in haec verba: 'fidei tuae committo, Sempronia soror, uti legata, quae alumnis meis reliqui, ex medio recipias et

vece il termine fosse stato posposto per l'erede, affinché egli stesso ne percepisse nel tempo intermedio il vantaggio, s'intende che egli sia liberato: infatti, egli aveva dato anche più di quanto avesse dovuto.

**16. PAOLO, nel libro terzo A Nerazio.** Viene ordinato <in un testamento> che un servo dopo dieci anni sia libero ed a lui è lasciato un legato per ciascun anno dal momento della morte del padrone. Il legato sarà certo dovuto per quegli anni, nei quali sarà già libero; ma frattanto l'erede è costretto a dargli gli alimenti.

**17. LABEONE, nel libro secondo Dei libri postumi, epitomati da Iavoleno.** Un legato è così <redatto>: «Ad Azia, finché si sposi, il mio erede sia obbligato a dare cinquanta» e non vi è aggiunto «per ciascun anno». Labeone e Trebazio reputano che sia dovuto <l'importo> del legato immediatamente ma più correttamente si dirà che tale legato è dovuto per ciascun anno. 1. «Il mio erede dia ogni anno ad Azio due otri per ciascun anno del vino Falerno che viene prodotto a casa». <Si considera che> anche per quell'anno, nel quale non era stato prodotto del vino, sono dovuti due otri, se solo possa esserne dato dalla vendemmia degli altri anni.

**18. SCAEVOLA, nel libro quattordicesimo Dei digesti.** Mediante codicilli confermati nel testamento, <un tale> ha legato un fondo ai liberti e ha vietato che esso fosse alienato, ma ha voluto che appartenesse anche ai figli dei liberti o ai loro nati. Inoltre, ha aggiunto tali parole: «Voglio che, da parte loro, dal reddito di quel fondo sia dato all'erede dieci per ciascun anno, dal giorno della mia morte, fino a trentacinque anni». Si è posto il quesito se, essendo morto l'erede istituito da Tizio prima del trentacinquesimo anno di età, in base alle parole sopra scritte il fedecommissum del tempo residuo sia dovuto anche all'erede dell'erede. <Il giurista> ha dato il responso che è dovuto, se, da parte dei liberti, non si dimostri che il testatore avesse avuto riguardo al trentacinquesimo anno dell'erede. 1. <Un tale> ha voluto che, al giovane da lui allevato, Stico, fossero dati cento e <inoltre> dieci al mese e cento all'anno, e a Sempronia, che aveva istituito erede per la terza parte, ha chiesto <per fedecommissum> con queste parole: «Rimetto alla tua affidabilità, sorella Sempronia, che i legati, che ho lasciato ai giovani da me allevati, li prenda dalla massa ereditaria e li tenga

<sup>7</sup>putat', vd. Mo.-Kr., n. 11.



apud te habeas, quoad usque commendatos habeas'. quaesitum est, cum Sempronia, cuius fidei commissum sit, abstinuerat se hereditate antequam secundum voluntatem defuncti perciperet pecuniam alumnis relictam, an Sticho de legatis actio etiam ante vicesimum quintum annum competat. respondit competere.

**19. IDEM libro septimo decimo digestorum.** Titia herede Seia scripta usum fructum fundi Maevio legavit eiusque fidei commisit in haec verba: 'a te, Maevi, ex reitu fundi Speratiani praestari volo Arrio Pamphilo et Arrio Sticho ex die mortis meae annuos sescentos quotannis, quoad vivent'. quaesitum est, cum Maevius annua alimenta praestiterit, post mortem autem eius fundus ad heredem Titiae pleno iure redierit, an alimenta ex fideicommissio Pamphilo et Sticho debeantur. respondi nihil proponi, cur debeant praestari ab heredibus Titiae, cum ab usufructuario alimenta relicta sunt. idem quaesitum, an ab heredibus Maevii legatarii praestanda sint. respondit nihil ab herede legatarii, nisi testatorem manifeste probetur voluisse etiam finito usu fructu praestari, si modo id, quod ex usu fructu receptum esset, ei rei parandae sufficeret. 1. Qui Marco homini docto certa annua praestabat, testamento cavuit: 'domina sanctissima, scio te de amicis meis curaturam, ne quid his desit: verum tamen et Marco dari octingenta': quaesitum est, an Marcus praestitis sibi ex causa legati octingentis annua quoque consequi debeat. respondit nihil proponi, cur non secundum ea, quae in consultatione collata essent, debeantur. 2. 'Lucio Titio auri pondo tria, quae viva praestabam'. quaero, cum testatrix quadraginta Titio, quoad viveret, salarii nomine certam summam et amplius festorum dierum nomine certum pondus argenti aut pro eo pretium praestiterit, an eadem ex causa legati vel fideicommissi ab heredibus eius Titio praestari debeant. respondit nihil proponi, cur praestanda non sunt.

presso di te, fino a quando ti faccia carico <dei giovani stessi>». Si è posto il quesito se, essendosi Sempronia, sulla quale gravava il fedecommissio, astenuta dall'eredità prima di aver ricevuto il denaro lasciato ai giovani secondo la volontà del defunto, a Stico competeva l'azione per i legati anche prima del venticinquesimo anno. <Il giurista> ha dato il responso che compete.

**19. Lo stesso <SCEVOLA>, nel libro diciassettesimo Dei digesti.** Tizia, avendo designato per iscritto <nel testamento> come erede Seia, ha legato a Mevio l'usufrutto di un fondo e lo ha onerato di un fedecommissio con queste parole: «Mevio, voglio che da parte tua, dal reddito del fondo Speraziano, siano dati ad Arrio Panfilo e ad Arrio Stico dal giorno della mia morte seicento all'anno per tutti gli anni, finché vivranno». Si è posto il quesito se, avendo Mevio prestato gli alimenti annui, ma essendo il fondo, dopo la sua morte, ritornato nel pieno diritto dell'erede di Tizia, siano dovuti a Panfilo e a Stico gli alimenti in base al fedecommissio. Ho dato il responso che non viene prospettato nulla, per cui gli alimenti debbano essere dati dagli eredi di Tizia, poiché sono stati lasciati a carico dell'usufruttuario. Lo stesso <richiedente> ha posto il quesito, se <gli alimenti> debbano essere dati dagli eredi del legatario Mevio. <Il giurista> ha dato il responso che niente <è dovuto> dall'erede del legatario, se non si provi in modo evidente che il testatore avesse voluto che fossero dati anche una volta estinto l'usufrutto, purché ciò, che si fosse percepito dall'usufrutto, sia sufficiente a provvedervi. 1. Un tale, il quale dava una certa annualità a Marco, uomo docto, ha disposto nel testamento: «<Mia> virtuosissima signora, so che tu provvederai riguardo ai miei amici, affinché non manchi loro nulla; ma siano tuttavia dati a Marco anche ottocento». Si è posto il quesito se Marco, essendogli dati ottocento a titolo di legato, debba ricevere anche l'annualità; <il giurista> ha dato il responso che non si prospetta nulla per cui, in base a ciò che era esposto nella consultazione, non gli sia dovuta. 2. «A Lucio Tizio <lego> tre libre d'oro, che da viva gli davo». Pongo il quesito se, avendo la testatrice, finché aveva vissuto, dato a Tizio a titolo di salario la somma determinata di quaranta, e in più, per i giorni festivi, un certo peso d'argento o in suo luogo il <relativo> valore, le stesse cose debbano essere date dai suoi eredi a Tizio per causa del legato o fedecommissio. <Il giurista> ha dato il responso che non viene prospettato nulla, perché non debbano essere date.

**20.** *IDEM libro octavo decimo digestorum.* Annua his verbis legavit: 'si morarentur cum matre mea, quam heredem ex parte institui': quaesitum est, an mortua matre condicio adposita defecisse videatur ac per hoc neque cibaria neque vestiaria his debeantur. respondit secundum ea quae proponerentur deberi. 1. Attia fideicommissum his verbis reliquit: 'quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, uti det ex reditu cenaculi mei et horrei post obitum sacerdoti et hierophylaco et libertis, qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi posui'. quaero, utrum his dumtaxat, qui eo tempore quo legabatur in rebus humanis et in eo officio fuerint, debitum sit, an etiam his qui in loco eorum successerunt. respondit secundum ea quae proponerentur ministerium nominatorum designatum, ceterum datum templo. item quaero, utrum uno dumtaxat anno decem fideicommissi nomine debeantur an etiam in perpetuum decem annua praestanda sint. respondit in perpetuum.

**21.** *IDEM libro vicesimo secundo digestorum.* Liberto suo ita legavit: 'praestari volo Philoni, usque dum vivet, quinquagesimas<sup>8</sup> omnis reditus, quae de<sup>9</sup> praediis a colonis vel emptoribus fructus ex consuetudine domus meae praestantur'. heredes praedia vendiderunt, ex quorum reditu quinquagesima relicta est: quaesitum est, an pretii quinquagesima debeat usuraeque, quae ex consuetudine in provincia praestarentur, licet praedia vendita sunt. respondit reditus dumtaxat quinquagesimas legatas<sup>10</sup>. 1. A liberto, cui fundum legaverat ferentem annua sexaginta, per fideicommissum dederat Pamphylae annua dena: quaesitum est, si lex Falci-

**20.** *Lo stesso <SCEVOLA>, nel libro diciottesimo Dei digesti.* <Un tale> ha legato rendite annue con queste parole: «Se <i legatari> dimoreranno con mia madre, che ho istituito erede per una quota». Si è posto il quesito se, essendo morta la madre, la condizione apposta si consideri venuta meno e per questo non siano dovuti a loro né cibarie né vestiario. <Il giurista> ha dato il responso che, in base a quanto prospettato, sono dovuti. 1. Attia ha lasciato un fedecommissum con queste parole: «Chiunque mi sarà erede, rimetto alla sua affidabilità che, dopo la <mia> morte, dia, nel giorno di mercato che ho istituito lì, dieci denari dal reddito <della locazione> del mio appartamento e del magazzino al sacerdote e al custode delle cose sacre ed ai liberti, che saranno <al servizio> in quel tempio». Pongo il quesito, se <il legato> sia dovuto solo a coloro che siano stati viventi ed in tale ufficio in quel tempo in cui era dato il legato, o anche a coloro che siano succeduti al posto di questi. <Il giurista> ha dato il responso che, in base a quanto sarebbe stato prospettato, viene indicata la funzione delle persone nominate, tuttavia <il legato> è stato dato al tempio. Parimenti, pongo il quesito, se siano dovuti dieci a titolo di fedecommissum limitatamente ad un solo anno o debbano essere dati dieci all'anno anche in perpetuo. <Il giurista> ha dato il responso: in perpetuo.

**21.** *Lo stesso <SCEVOLA>, nel libro ventiduesimo Dei digesti.* <Un tale> legò così al suo liberto: «Voglio che a Filone siano date, finché vivrà, la cinquantesima parte di ogni reddito, che relativamente ai fondi venga prestato da parte dei coloni o degli acquirenti dei frutti secondo la consuetudine della mia casa». Gli eredi hanno venduto i fondi, dai cui redditi è stata lasciata la cinquantesima parte; si è posto il quesito se, sebbene i fondi siano stati venduti, sia dovuta la cinquantesima parte del prezzo e degli interessi <sul prezzo di vendita>, che in base alla consuetudine vengono corrisposti nella provincia. <Il giurista> ha dato il responso che è legata solo la cinquantesima parte del reddito. 1. A carico di un liberto, al quale aveva dato in legato un fondo che rendeva sessanta all'anno, <un tale> aveva dato tramite fedecommissum dieci all'anno a Panfila; si è posto il quesito se, qualora la legge Falcidia abbia ridotto

